UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Jnstitutio vite sacerdotalis d[omi]ni Joannis tritemij abbatis spanhemensis ordinis diui patris benedicti mogu[n]tinensis dioces[is] ...

Trithemius, Johannes

[Mainz], [nach 22.X. 1494]

Thomas ruscher de gamu[n]dia ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-31315

Visual Library

Thomas ruſcher de ganuũdia ſacrarũ līrarꝫ pfeſſor. in eccleſia magũciensi euãgelici verbi indignus p̄dicator. benefamato et katholico ſacerdoti nicolao mernicenſi Salutē ppetuã Ne ante illũ a quo om̄e datũ optimũ et om̄e donũ pfectũ. in gratijs ferendis geli-dus videar doctiſſime nicolae. Occurrit in primis ſcrip-tura deutronomij. xxx. Uitã et mortē dedi ante faciē tuã. Gratias habeo qꝛ hodie huic etiã cõdonat. qui ei q̄ vera eſt vita adheret. Et dico: qui meis nuper tēporibus inſpi-rauit in faciem cuiuſdã. ſpiraculũ vite noue. pro quo gr̄as omniũ reddo creatori. Et tibi o pater laudate intelligen-tie tritemij. eo qꝫ non ſolũ tibi ipi vitã elegiſti: ſed et meã multorũqꝫ ut viuãt. vitã inſtituis. tuo in tam florido inſti-tutionũ opuſculo. qd̄ mox ad me vſqꝫ latũ eſſet. Nec alijs locũ adhibens. veluti vite ſpiraculũ egens. mentis affectu animiqꝫ deſiderio quouſqꝫ introſpicerem. Sed q̄d o lau-date intelligentie pater? Quid p hoc tuũ inſtitutionũ tã floridũ opuſculũ in me tibi deditiſſimo effeceris. quidue hoc inter legēdũ ſenſerim: meos coetaneos nec latitare ve-lim? Nam cũ ad interiora ipius pcederem: ita in me flo-ruit: ut meas maderet genas. O frater mernicenſis nico-lae orationi et charitati iunctiſſime. qꝫ felix qꝫ ſancta pro hoc florido fuit opuſculo petitio tua. O chriſti ſponſe vir atqꝫ fili mernicenſis nicolae et dei confeſſor. qꝫ neceſſaria in hoc que cõtinent opuſculo potiſſime in his tempeſtuo-ſis ſunt nunc temporibus. vbi fides chriſtiana noxijs er-roribus q̄ paſſim ſeminãtur et pullulãt. laceratur et opprī-mitur. Neceſſaria dico ſupra modũ. Nã florida ſacerdo-talis peregrinacõis abiecta inſtitutione om̄ia vicia igno-miniaqꝫ exurgũt. Scio nãqꝫ maiorꝫ noſtrorꝫ tradicõne animã hominis intellectu rerũqꝫ ſcientia veluti eſca quan-dam nutriri. recte eorꝫ animos arbitror qui nullis diſci-plinis. nulla morũ aut vite inſtitucõne eruditi ſũt. nihilqꝫ bonarũ artiũ hauſerũt. ieiunos et quaſi famelicos eſſe. ple-nos tamen et illorum animos ſed vicijs et nequicia Eya

nicolae ſcito. mihi meiſqꝫ ꝑſuaſū velim coetaneis ad hoc
floꝛidum nos ad integrū diuertere opuſculū. Nam ꝑ hoc
nō ſolū criminis vitare penā. ſed ⁊ laudacōnis poſſumus
gratiā obtinere. Huic em̄ qui animi odoꝛatū non acco-
modat cito dabitur in ruinā. quaꝓpter hocip̄m ante pri
mā lr̄aꝝ eius impreſſurā mihi fructuoſum eſſe nō igno-
ras. Maxime dū ꝑ laudate intelligentie patrem et dn̄ni
dn̄m iohannē tritemij ſpanhemenſis abbatē: non minu-
to ſudoꝛe cōgeſſit cōpilauit atqꝫ tradit. Qui varia lr̄arū
gratia: multo q̄ꝫ ego ſum abundantioꝛ eſt. qui vigil inge-
nio. paratus eloquio. flagrās ſtudio. et vtilis paterfami-
lias in domo dn̄i. Qui floꝛido eius opuſculo ſancte vite
inſtitutionē miniſtrās: et me infirmū ſimul omnē imperi
tū doctūqꝫ clerū erudit ad cautelā. Que certe vite inſtitu
tio o frater ſi nobis deeſt. quis oꝛo viuere nos iudicat?
Hec eya nicolae nobis ſi defuerit: digni non ſumus. In
hac nāqꝫ ad plenum queqꝫ nobis adeo ſubminiſtrat: ut
abſqꝫ his vita dignus nemo eſt. Nam ſi iuxta reuerendi
in dn̄o patris noſtri tritemij floꝛidam inſtitutionem. que
in manu eſt. noſip̄os quoad hic viuimus ad integrū ſta-
tuerimus. ſalus nobis vera veraciterqꝫ ꝓmittitur: que et
nullis vnq̄ꝫ aufertur q̇ digni vita viuūt. Digni itaqꝫ cūcti
ut habeantur taliter iuxta in hoc floꝛido opuſculo tradi-
ta vitā inſtituere neceſſe habent: qua non moꝛiantur. ſed
ꝑpetuo amplius viuāt. Quod digniſſime nicolae cōpre-
hendere ut poſſis Uale ſemꝑ in eo qui vniuerſa creauit.
et nos qui viribus noſtris ſtare nō poſſumus ſua miſe-
ricoꝛdia conſeruet Amen. Date in ſtudio Maguncienſi
Anno ſalutis noſtre Milleſimoquadringenteſimonona
geſimoquarto Menſis octobris. die vero eiuſdē. xxij.

Quid poſt renouatā geratur amiciciā: tibi cogitare potius licebit q̄ꝫ mihi loqui. Non eſt timor dei ante oculos ſacerdotis vinculis cōcubine ligati: de penis inferni pauor nullus: nulla ſacerdotalis cogitatio dignitatis: nulla memoria publice honeſtatis. Adeo viciū hoc incōtinētie in clero iā p̄ualuit: ut quaſi ceperit eſſe licitū: qꝛ publicum eſt. Miſeranda generis humani cōditio: qui alioꝝ ſcelera debuerāt emendare: grauiora cōmittūt. Sedent proh pudor in villis et vrbibus publice ſacerdotes cōcubinarū ſuarū cōmixtione diffamati: quoꝝ tantus hodie inuenitur numerus: ut ſi preſul aliq̄s in ſola ſua dioceſi tales voluerit corrigere: ſola multitudine victus. a ꝓpoſito terreretur. Si cuiuſpiam ex talibus domū ingredereris. offenderes aliquotiens ſacerdotem ſuū infantulū fornicationis paterne teſtem brachijs baiulantē: et inter legendum horas canonicas: plorantē cōſolari verbis et cantibus. Videres quoqꝫ ſurgentē de lecto patrē infauſtū. natum excipere genibus: oſculiſqꝫ porrectis illum in dextro genu locatū: in ſiniſtro breuiariū. Inter orandū ridenti infantulo arridet: ploranti blanditur: crebris tacentē verbis affatur et nutibus. Interea blanda mater occurrit: de manu patris dulce pignus codicem rapit: folia tractat. lacerat. fluentibuſqꝫ ex ore ſaliuis. genitoris ꝑmiſſu cōmaculat. Nulla inter hec oranti deuotio: nulla verbis adhibetur intentio: ſed om̄is ſollicitudo in cōſolatione plorantis cōſumitur. Cadūt verba ex ore orātis cōfuſa: crebriſqꝫ infantuli oſculis interrupta: adeo ut oratione completa. vix ſe meminerit oraſſe. Interea nolam trahit edithuus: ad ſacrificandū altare componitur: a populo in eccleſia hieros expectatur. Accurrit lotis manibus in locio pueri ſacerdos: veſtes ſacratas quāta poteſt feſtinacōne induit: ſacrificiū dei diſtracta mente conſumit. O cōſciencia vbi interim manes: vbi contempta iaces? O tu miſer qui dei filiū pollutis manibus cōtrectas: quouſqꝫ animā tuā vulneras. laceras. et interimis? Qua deniqꝫ temeritate accedis ad altare: corpore et animo pollutus? Niſi magna

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R

omnipotentis dei miſeratio ad tempus tibi parceret: te in
altari angeli ꝓuocati indignacōne graui ꝑcuterent. Ubi
eſt votū caſtitatis ꝑpetue: qd in manus epiſcopi (cum te
ordinaret) promiſiſti? Ubi eſt ſacerdocij tui aſſumpti re
uerentia? Peccaſti: quare nō agis penitentiā? Quouſqꝫ
longanimitatē dei contemnis? An ignoras ꝙ patientia
dei ad penitentiā te adducit? Tu autē ſecundū duriciam
tuā et cor impenitens theſaurizas tibi iram in die ire: et
iuſti iudicij ieſu chriſti. Puto quidē in futurū penitere co
gitas: ſed ꝗꝫ ſit proxima penitentie amputatrix mors mi
nime penſas. Enīuero miſericors deus qui veniā peniten
ti promiſit: differenti diem craſtinū non ſpopondit. Cle
ricū autē quē femina cohabitans ſemel captiuū abduxe
rit: nunꝗꝫ aut raro liberū niſi morte interueniente dimit
tit. Tranſeo qd multi concubinarū ſuarū dolis et maleſi
cijs vſqꝫ adeo plerūqꝫ dementātur: ut ſe ab illarū turpiſſi
mo amore nequaꝗꝫ poſſint excutere. Horret auditus fa
cinora meretricū: nec pudicicie ſynceritas audire patitur:
qualia ꝑ ſacerdotum concubinas quandoqꝫ ꝑpetrantur.
Et katamenio pulmentū dn̄is ſuis cōficiūt: et dum eos
ad amorē ſuū cupiūt allicere: in colicam et inſaniam con
uertūt. Horrendis maleficijs et ſuꝑſticionibus. ſuis cōcu
piſcentijs ſacerdotes implicant: donec exhauſtis paula
tim viribus: eos penitus inutiles reddāt. Beatus homo
quē deus a muliere mala et luxurioſa cuſtodiuit. Nō eſt
iniquitas ſuꝑ malicia mulieris: que malis amoribus frui
tur. Quicquid excogitat temptat: quicquid poteſt audet.
Nemo credit quibus ſtudijs. vijs. et adinuencōnibus vti
tur: ut eū quē decipere cogitat: ſuis voluptatibus indiſſo
lubili vinculo proſternat. Ad vota ſe dn̄o ſuo coniungit:
nō quia diligit: ſed quia cupit. Concubinarū etem̄ turba.
predam ſequitur. non ſacerdotē. Quouſqꝫ diues eſt om̄i
bus abundat. latus dn̄i non deſerit: ſi autē pane indigere
ceperit: concubina ad aliū ſe cōuertit. Interdū vero gna
torum intuitu. ſacerdos et concubina vſqꝫ adeo cōglutina
ti ſunt: ut ſeparari ab inuicem (niſi ꝑ mortē) nulla ratio

ne poſſint. Fieri etiã ſolet. ut prebendas ſuas nõnulli ma-
lint dimittere q̃ concubinas. Quid primo p̄ceptori tuo
contigerit: non ignoras. Is ſeuo meretricis illius amore
(quã noviſti) miſerrime ſeductus. cũ propter metũ viri
cohabitare ei publice nõ auderet: patriam. domũ. cogna
tos. ac que habebat beneficia cõtemnens. ut illa frui libe
re poſſet: cũ ea clam fugiens diſceſſit. Et nemo quo abie-
rit: vſq̧ in hodiernũ diem novit. Scio quendã ex concu
binarijs ſacerdotem. quẽ cũ pro ſuo peccato inter me et
ip̄m aliquãdo increparem: ad hoc finaliter induxi: ut cõ
tinentiã deinceps ꝑpetuam in manus meas vellet ꝓmit-
tere. Cũq̧ vrgerem. ut mox concubinã eijceret: responde
bat. Non poſſum. Quare inquã? Si eam inquit abijce
rem: q̇s infantuloꝝ meoꝝ curam gereret? Habebat em̄
ex ea iam duos pueros. Pauper aiebat ſum: pro merce
de locare illos non valeo. Matrem itaq̧ donec infantuli
creſcant nõ eijciam: ne reus ſanguinis fiam. Caſtus ta-
men ero cũ caſta: nec vlla deinceps cõmixtione illi ſocia-
bor. Et quid facies inquã. ſi prius q̃ iſti creuerint: alij
in locũ eorũ ſurrexerint? Iuravit ſe id velle cavere ne fie-
ret. Non emendabis inquio culpã: niſi eieceris cõcubinã.
Difficile eſt aſſueta relinquere: et a priſtinis vicijs (p̄ſente
occaſione) abſtinere. Nemo ſerpentẽ fovebit in ſinu ille-
ſus. Abijt hõ in domũ ſuam: et domeſtica ſcelera. vſq̧ in
hũc diem nõ deſeruit. Cõſideravi opa dei: q̃m quẽ ille de
ſpexerit: nemo poteſt emẽdare. Adeo difficile eſt ſacerdotẽ
ſemel in fornicationẽ lapſum ad caſtitatẽ verã poſſe reſur
gere: ut ex om̄ibus vnũ vix queas invenire. Nam iuxta
ſcripturã. q̇ facit peccatũ. ſeruus peccati eſt: et q̇ turpi amo
ri ſemel ſubijcit̃: vix vnq̃ ex toto liberat̃. Facilius em̄ for
nicatio fugitur: q̃ emẽdetur. Iccirco moneo te. et obteſtor
ut cõſorcia mulierũ fugias: ne famã boni noīs ꝑdas. Se
mel q̇ ꝓpe infamatus de fornicacõne p̄ſbyter: amiſſũ nũq̃
recupabit honorẽ. Sed ⁊ colloq̇a feminaꝝ devita: crebras
in foro ſalutacõnes declina: q: ꝑ levia verba venit̃ ad peſſi
ma facta. Multos em̄ decepit incauta feminaꝝ allocutio.

Omni tempore vigilans eſto: nec tibimetipſi vnq̄ꝫ confi-
dendū duxeris: q̄ꝫdiu in carne viuis. Complures enim in
ſenectute lapſos agnouimus: qui ſibi de victoria p̄terita
ſecuri videbātur. Nunq̄ꝫ etenim deeſt homini temptatio:
quouſqꝫ in hac vita cōuerſatur. Si vero curā domeſticā
ſine miſterio famule agere nō vales: vetulā de tua cogna
tione probam aſſumito: de cuius cohabitacōne nulla in
populo ſuſpicio oriri poſſit. Verūtamen hoc ante omnia
caueas: ne in famulā maritatā ſumas. Quod em̄ deus cō-
iunxit: homo nō ſeparet. Non caret ſuſpitione mali: co-
habitatio vxoris viri alieni. Volo te quoad fieri poteſt:
teſtimoniū bonū habere ab om̄ibus. Reddant te aliena
pericula cautū: et vbi multos cecidiſſe cōſpicis: ne incau-
tus ambulare velis. Memento quot fortiſſimi ſapientiſſi
miqꝫ viri ab origine mūdi vſqꝫ in hūc diem: ꝑ mulierū cō-
ſorcia perierūt. Adam prothoplaſtū femina decepit: et eo
ſupplantato nos om̄es interfecit. A principio conditi or-
bis ꝑ mulieres filij dei peccauerūt: et ſuis ſceleribus ca-
thacliſmū ſuꝑ vniuerſum mundū induxerunt. Exeuntes
quoqꝫ de egypto filios iſrael: mulieres allophilorū ꝓſtra
uerūt in deſerto. Quid iſtas recenſemus: cū omniū hoīm
fortiſſimū ſampſon. vilis meretricula captū ſuis amori-
bus. tradiderit in mortē et opprobriū? Nemo de ſua for-
titudine p̄ſumat: nemo de priſtina caſtitate cōfidat: quo-
niā ſepe qui hodie fortiter ſtare cernitur: cras in profun-
dum fornicacōnis cadere videtur. Sapientiſſimus ſalo
mon. dolos mulierū cauere nō potuit: quis modo tutus
erit? Cadit gladio mulierū fortis et ſapiens: et nos fragi
les inſipienteſqꝫ de ſecuritate preſumimus? Dicit em̄ qui
cecidit. Melior eſt iniquitas viri: q̄ꝫ mulier benefaciens.
Tucius eſt cohabitare viro iniquo: q̄ꝫ femine bone.
diaboli astutia
Aduerſarius em̄ caſtitatis diabolus. nunq̄ꝫ ceſſat caſto
viro inſidias ponere: ſi materiā decipiendi poterit inue-
nire. Aſtutus cū ſit. nouit ad tempus diſſimulare: donec
tandem in vna hora: omnē laborem et premiū tranſacte
cōtinentie poſſit euertere. Ingerit ſe paulatim amātibus: